Gallo turpius est nihil Priapo. 15

Catull. 32,9-11

verum, siquid ages, statim iubeto:
nam pransus iaceo et satur supinus 10
pertundo tunicamque palliumque.

EPIGRAMMATON LIB. XI

XVII

Non omnis nostri nocturna est pagina libri :
invenies et quod mane, Sabine, legas.

XVIII

Donasti, Lupe, rus sub urbe nobis ;
sed rus est mihi maius in fenestra.
rus hoc dicere, rus potes vocare ?
in quo ruta facit nemus Dianae,
argutae tegit ala quod cicadae, 5
quod formica die comedit uno,
clusae cui folium rosae corona est ;
in quo non magis invenitur herba
quam Cosmi folium piperve crudum ;
in quo nec cucumis iacere rectus 10
nec serpens habitare tota possit.
urucam male pascit hortus unam,
consumpto moritur culix salicto,
et talpa est mihi fossor atque arator.
non boletus hiare, non mariscae 15
ridere aut violae patere possunt.
finis mus populatur et colono
tamquam sus Calydonius timetur,
et sublata volantis ungue Prognos
in nido seges est hirundinino ; 20
et cum stet sine falce mentulaque,
non est dimidio locus Priapo.
vix implet cocleam peracta messis,
et mustum nuce condimus picata.
Errasti, Lupe, littera sed una : 25
nam quo tempore praedium dedisti,
mallem tu mihi prandium dedisses.

XVII hab. T. Cum XVI confl. B^A

XVIII vv. 1-18, 21-27 hab. T 2 magis T 4 rupta B^A 9
quas T costi C^A 10 nec om. C^A ut vid. 12 urucam A^AC^A ;
erucam B^A 19 ungues B^A 23 parata B^A (par pro per)

Il gioco sul 'podere piccolo' o improduttivo

Char. 363 B (275 K):

hyperbole est dictio fidem veritatis excedens augendi minuendive gratia; augendi, ut 'nive candidior', 'velocior Euro'; minuendi sicut 'tardior testudine leviorque foliis', item ut: Extractam puteo situlam qui ponit in horto
ulterius standi non habet ipse locum.

Quint. *Inst.* 8,6,73.

Nec pauciora sunt genera minuendi: 'vix ossibus haerent.' (=Verg. *ecl.* 3,102)

Et quod Cicero [est] in quodam ioculari libello:

'fundum Vetto vocat quem possit mittere funda:

ni tamen exciderit qua cava funda patet.' (= Cic. *frag.* 1 Soub. / 4 Mor. / Bläns. / Courtn.)

Furius Bibaculus, fr. 1 Mor. / Bläns. / Courtn.

Si quis forte mei domum Catonis,
depictas minio assulas et illos
custodis videt hortulos Priapi,
miratur, quibus ille disciplinis
tantam sit sapientiam assecutus, 5
quem tres cauliculi, selibra farris,
racemi duo tegula sub una
ad summam prope nutriant senectam
(cfr. Fur. Bib. 2 Mor.)

Catull. 114

Firmano saltu non falso Mentula dives
fertur, qui tot res in se habet egregias,
aucupium omne genus, pisces, prata, arva ferasque.
nequiquam: fructus sumptibus exsuperat.
quare concedo sit dives, dum omnia desint.
saltum laudemus, dum †modo† ipse egeat.
(cfr. Catull. 115 e Catull. 26)

PCG K.-A. VIII 456 (da [Longin.] *Subl.* 38,5-6)

ἀγρὸν ἔσχ' ἐλάττω γῆν ἔχοντ' ἐπιστολῆς <Λακωνικῆς>.
Aveva un campo meno esteso di una lettera spartana

Lucill. *AP* 11,249 = 98 Floridi

Ἄγρὸν Μηνοφάνης ὠνήσατο καὶ διὰ λιμὸν
ἐκ δρυὸς ἀλλοτρίας αὐτὸν ἀπηγχόνισεν.
γῆν δ' αὐτῷ τεθνεῶτι βαλεῖν οὐκ ἔσχον ἄνωθεν,
ἀλλ' ἐτάφη μισθοῦ πρὸς τινα τῶν ὁμόρων.
εἰ δ' ἔγνω τὸν ἀγρὸν τὸν Μηνοφάνους Ἐπίκουρος, 5
πάντα γέμειν ἀγρῶν εἶπεν ἄν, οὐκ ἀτόμων.
Menofane comprò un campo e per la fame
ad una quercia di altri si impiccò.
Non c'era lì terra abbastanza per lui morto,
ma lo seppellirono dietro compenso da uno dei vicini.
Se Epicuro avesse conosciuto il campo di Menofane
avrebbe detto che tutto è fatto di campi, non di atomi.

XIX

Quaeris cur nolim te ducere, Galla? Diserta es.
saepe soloecismum mentula nostra facit.

XX

Caesaris Augusti lascivos, livide, versus
sex lege, qui tristis verba Latina legis :
' Quod futuit Glaphyran Antonius, hanc mihi poenam
Fulvia constituit, se quoque uti futuam.
Fulviam ego ut futuam? quid si me Manius oret 5
pedicem, faciam? non puto, si sapiam.
" Aut futue, aut pugnemus " ait. Quid quod mihi vita
carior est ipsa mentula? Signa canant!'
Apsolvit lepidos nimirum, Auguste, libellos,
qui scis Romana simplicitate loqui. 10

XIX hab. TR

XX 3-8 nov. epigr. in codd. 3 fuit (EA) vel futuit CA 4
ut CA 5 mammanius BA : me mamius CA 8 canat BA :
canant CA 9-10 nov. epigr. in codd.

La citazione nell'epigramma: una tecnica non frequente.

Mart. 2,41,1-6: una strana citazione da Ovidio.

"Ride si sapis, o puella, ride",
Paelignus, puto, dixerat poeta.
Sed non dixerat omnibus puellis.
Verum ut dixerit omnibus puellis,
Non dixit tibi: tu puella non es,
Et tres sunt tibi, Maximina, dentes,
eqs.

Mart. 10,64: Lucanus pedicatus

Contigeris regina meos si Polla libellos,
Non tetrica nostros excipe fronte iocos.
Ille tuus vates, Heliconis gloria nostri,
Pieria caneret cum fera bella tuba,
Non tamen erubuit lascivo dicere versu
"Si nec pedicor, Cotta, quid hic facio?"
Cfr. anche 11,90.

Aus. Praef. 4,1-3 Green

"Cui dono lepidum nouum libellum?"
Veronensis ait poeta quondam
Inuentoque dedit statim Nepoti.

L'epigramma nell'epigramma: convenzione di ambito soprattutto sepolcrale

Mart. 9 praef. epigr.

Note, licet nolis, sublimi pectore uates,
Cui referet serus praemia digna cinis,
Hoc tibi sub nostra breue carmen imagine uiuat,
Quam non obscuris iungis, Auite, uiris:


“Ille ego sum nulli nugarum laude secundus,
 Quem non miraris sed, puto, lector, amas.
 Maiores maiora sonent: mihi parua locuto
 Sufficit in uestras saepe redire manus”.

Cfr. però in ambito votivo Mart. 3,13 (l’epigramma nell’epigramma è in realtà una traduzione da Leonida)

Le glandes del *Bellum Perusinum* e Fulvia.

peto [I]andicam Fulviae

(CIL XI 6721,5)



Conc. Min. BB. AA. CC., divieto di riproduzione

Cfr. CIL XI 6721,9a [S]alv[e] / Octavi / felas; 6721,9b.

Gli intenti apologetici di Plinio il Giovane

Plin. epist. 7.4.6 = fr. 1 Bl.2 = 1 Courtn.

Cum libros Galli legerem, quibus ille parenti
 ausus de Cicerone dare est palmamque decusque,
 lascivum inveni lusum Ciceronis et illo
 spectandum ingenio, quo seria condidit et quo
 humanis salibus multo varioque lepore
 magnorum ostendit mentes gaudere virorum. 5

Nam queritur, quod fraude mala frustratus amantem
 paucula cenato sibi debita savia Tiro
 tempore nocturno subtraxerit. His ego lectis
 ‘cur post haec’ inquam ‘nostros celamus amores 10
 nullumque in medium timidi damus atque fatemur
 Tironisque dolos, Tironis nosse fugaces
 blanditias et furta novas addentia flammas?’

Mentre leggevo i libri di (Asinio) Gallo, nei quali egli osò dare al padre (Asinio Pollione) la palma e la vittoria su Cicerone, ho trovato un lascivo scherzo in versi di Cicerone, da ammirare per quell’ingegno con il quale scrisse opere serie e mostrò che le menti dei grandi uomini godono con le fini facezie e con molto e variegato spirito. Si lamenta, infatti, che Tirone, ingannandolo e deludendolo malamente, dopo avergli promesso, a cena, pochi bacetti a lui dovuti, di notte glieli negò. Dopo aver letto questi versi dissi: ‘perché, dopo tutto questo, noi nascondiamo i nostri amori e, timorosi, non ne parliamo pubblicamente e non confessiamo che conosciamo gli inganni di Tirone, le effimere dolcezze di Tirone e le furtive complicità che più ci infiammano?’

XXIII

Nubere Sila mihi nulla non lege parata est ;
 sed Silam nulla ducere lege volo.
 Cum tamen instaret, 'deciens mihi dotis in auro
 sponsa dabis' dixi ; 'quid minus esse potest ?
 nec futuam quamvis prima te nocte maritus, 5
 communis tecum nec mihi lectus erit ;
 complectarque meam, nec tu prohibebis, amicam,
 ancillam mittes et mihi iussa tuam.
 te spectante dabit nobis lasciva minister
 basia, sive meus sive erit ille tuus. 10
 ad cenam venies, sed sic divisa recumbes
 ut non tangantur pallia nostra tuis.

oscula rara dabis nobis et non dabis ultro,
 nec quasi nupta dabis sed quasi mater anus.
 Si potes ista pati, si nil perferre recusas, 15
 invenies qui te ducere, Sila, velit.'

recte 9 m̄rem A^Δ : matrem *ut vid.* B^Δ : m̄res C^Δ XXIII *h̄ab.* T
 4 dixit B^Δ quod T 5 saliam A^Δ (*pro* futuam) 6 comminus C^Δ
 8 mitte sed A^Δ : mittes et B^Δ : mittes sed C^Δ 12 tangatur T tui T

XXIII 13 et A^ΔC^ΔA^Δ : set (sed) B^Δ 15 recurras A^Δ (*pro*
 recurras : r *pro* s)

Il tema: Mart. 9,10

Nubere vis Prisco: non miror, Paula: sapisti.
 Ducere te non vult Priscus: et ille sapit.

**Sila che 'ogni cosa sopporta' : la parodia dell'amante elegiaco
 Ov. Am. 3,11,7-8; 27-28**

Perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim:
 Saepe tulit lassis sucus amarus opem.
 (...)
 His et quae taceo duravi saepe ferendis:
 Quaere alium pro me qui uelit ista pati.

[Tib.] 3,4,73-74

nescis quid sit amor, iuvenis, si ferre recusas
 immitem dominam coniugiumque ferum

**Vedere l'amata/o abbracciare l'altra/o.
 Ov. Her. 16,221-222 (Paride, ospite di Menelao, a Elena)**

Paenitet hospitii, cum me spectante lacertos
 Imponit collo rusticus iste tuo.

nec toto decies cacas in anno;
 atque id durius est faba et lapillis,
 quod tu si manibus teras fricesque,
 non umquam digitum inquinare possis.
 haec tu commoda tam beata, Furi,
 noli spernere nec putare parvi,
 et sestertia quae soles precari
 centum desine: nam sat es beatus.

20

Catull. 24

O qui flosculus es Iuuentiorum,
 Non horum modo, sed quot aut fuerunt
 Aut posthac aliis erunt in annis,
 Mallem diuitias Midae dedisses
 Isti, cui neque seruus est neque arca,
 Quam sic te sineres ab illo amari.
 'Quid? non est homo bellus?' inquires. est:
 Sed bello huic neque seruus est neque arca.
 Hoc tu quam lubet abice eleuaque:
 Nec seruum tamen ille habet neque arcam.

5

10

LVI

Quod nimium mortem, Chaeremon Stoice, laudas,
 vis animum mirer suspiciamque tuum?
 hanc tibi virtutem fracta facit urceus ansa,
 et tristis nullo qui tepet igne focus,
 et teges et cimex et nudi sponda grabati,
 et brevis atque eadem nocte dieque toga. 5
 O quam magnus homo es qui faece rubentis aceti
 et stipula et nigro pane carere potes!
 Leuconicis agetum tumeat tibi culcita lanis
 constringatque tuos purpura pexa toros, 10
 dormiat et tecum qui cum modo Caecuba miscet
 convivas roseo torserat ore puer:
 o quam tu cupies ter vivere Nestoris annos
 et nihil ex ulla perdere luce voles!
 Rebus in angustis facile est contemnere vitam: 15
 fortiter ille facit qui miser esse potest.

LVI vv. 1-10, 13-16 hab. T 1 mortem . . . laudas A^AB^A; laudas
 . . . mortem C^A diereimon T stoic C^A (non X) 2 miser B^A
 (s pro r) 7 qui] que T r. acer C^A 11 modo qui dum Gronovius
 miscet B^A: misces C^A, unde qui commoda C. miscens (?) Gilbert

Mart. 1,92

Saepe mihi queritur non siccis Cestos ocellis,
 Tangi se digito, Mamuriane, tuo.
 Non opus est digito: totum tibi Ceston habeto,
 Si dest nil aliud, Mamuriane, tibi.
 Sed si nec focus est nudi nec sponda grabati

5

Nec curtus Chiones Antiopesue calix,
Cerea si pendet lumbis et scripta lacerna
Dimidiasque nates Gallica paeda tegit,
Pascaris et nigrae solo nidore culinae
Et bibis immundam cum cane pronus aquam: 10
Non culum, neque enim est culus, qui non cacat olim,
Sed fodiam digito qui superest oculum:
Nec me zelotypum nec dixeris esse malignum.
Denique pedica, Mamuriane, satur.

La ricezione di Marziale. Ausonio e l'età tardoantica.

Aus. Epigr. 1

Non unus uitae color est nec carminis unus,
Lector: habet tempus pagina quaeque suum.
Est quod mane legas, est et quod uespere. laetis
Seria miscuimus, temperie ut placeant.
Hoc mitrata Venus probat, hoc galeata Minerua, 5
Stoicus has partes, has Epicurus amat.
Salua mihi ueterum maneat dum regula morum,
Ludat permissis sobria Musa iocis.

Aus. Epigr. 75

Praeter legitimi genitalia foedera coetus
Repperit obscenas ueneres uitiosa libido,
Herculis heredi quam Lemnia suasit egestas,
Quam toga facundi scaenis agitauit Afrani
Et quam Nolanis capitalis luxus inussit. 5
Crispa tamen cunctas exercet corpore in uno:
Deglubit, fellat, molitur per utramque cauernam,
Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.

Aus. Cento nuptialis p. 139 Green

sed cum legeris, adesto mihi aduersum eos, qui, ut Iuuenalis ait, 'Curios simulant et Bacchanalia vivunt', ne fortasse mores meos spectent de carmine. 'lasciva est nobis pagina, vita proba', ut Martialis dicit. meminerint autem, quippe eruditi, probissimo viro Plinio in poematiis lasciviam, in moribus constitisse censuram, prurire opusculum Sulpiciae, frontem caperrare, esse Apuleium in vita philosophum, in epigrammatis amatorem, in praeceptis Ciceronis exstare severitatem, in epistulis ad Caerelliam subesse petulantiam, Platonis Symposion composita in ephebos epyllia continere.

l. 2: Martialis *edd. Green*, Plinius *codd.*

Aus. Epigr. 19-20

Laidas et Glyceras, lascivae nomina famae,
coniunx in nostro carmine cum legeret,
ludere me dixit falsoque in amore iocari:
tanta illi nostra est de probitate fides.

20

Uxor, vivamus ceu viximus, et teneamus
nomina quae primo sumpsimus in thalamo,
nec ferat ulla dies ut commutemur in aevo,
quin tibi sim iuuenis tuque puella mihi.
Nestore sim quamvis provector aemulaque annis
vincas Cumanam tu quoque Deiphoben,
nos ignoremus quid sit matura senectus:
scire aevi meritum, non numerare decet.

L'Anthologia Latina e Luxorius (o Luxurius)

Anth. Lat. 289 R.²

Paruus nobilium cum liber ad domos
Pomposique fori scrinia publica

Cinctus multifido ueneris agmine
Nostri diffugiens pauperiem laris,
Quo dudum modico sordidus angulo 5
Squalebas, tineis iam prope deditus:
Si te dispiciet turba legentium
Inter Romulidas et Tyrias manus -
Isto pro exequiis claudere disticho:
'Contentos propriis esse debet locis, 10
Quos laudis facile est inuidiam pati'.

Anth. Lat. 297 R.²

Saepius futuis nimisque semper,
Nec parcis, nisi forte debriatus
Effundis lacrimas, quod esse moechus
Multo non ualeas mero subactus.
Plora ne futuas, peto, Lucine,
Et semper bibe taediumque plange.
Aut, numquam ut futuas, uenena sume.

L'Umanesimo italiano: Antonio Beccadelli (il 'Panormita', 1394-1471) e Giovanni Pontano (1429-1503)

L'Ermafrodito di Beccadelli, *liber futuens et fututus*

Panorm. Herm. I 1.

Ad Cosmum quod spreto vulgo libellum aequo animo legat, quamvis lascivum et secum una priscos viros imitetur

Si vacat a patrii cura studioque senatus,
quicquid id est, placido lumine, Cosme, legas.
Elicit hoc cuivis tristi rigidove cachinnos
Cuique, vel Hyppolito, concitat inguen opus.
Hac quoque parte sequor doctos veteresque poetas, 5
quos etiam lusus composuisse liquet,
quos et perspicuum est vitam vixisse pudicam,
si fuit obsceni plena tabella ioci.
Id latet ignavum volgus, cui nulla priores
Visere, sed ventri dedita cura fuit; 10
Cuius et hos lusus nostros inscitia carpet:
O ita sit! Doctis irreprehensus ero.
Tu lege tuque rudem nihil fac, Cosme, popellum;
Tu mecum aeternos ipse sequare viros.

Cfr. anche 2,11,4 *si mea charta procax, mens sine labe mea est*; poi Cfr. Lodrisio Crivelli (1412-1488), *Carmina*, 2, 49-50; Battista Mantovano (1448-1516), *Contra poetas impudice loquentes*, 21; Pietro Bonomo (1458-1546), *Carmina*, 34, 6; cfr. anche D. Marsh, 'Lasciva est nobis pagina, vita proba': *Martial and Morality in the Quattrocento*, "Memoirs of the American Academy in Rome" 51-52, 2006/2007, pp. 199-209; J. Gaisser, *Excuses, excuses: the fortunes of Catullus 16 from Martial to Johannes Secundus*, "Paideia" 74, 2019, pp. 1325-1360.

Panorm. Herm. II 37

37. ad libellum ut florentinum lupanar adeat

Si domini monitus parvi facis, i, fuge: verum
Florentina petas moenia, parve liber.
Est locus in media, quem tu pete, festus in urbe,
Quove locum possis gnoscere signa dabo: 5
Alta Reparatae scitare palatia divae
Aut posce agnigeri splendida templa dei;
Hic fueris, dextram teneas paulumque profectus
Siste vetusque petas, fesse libelle, forum.
Hic prope meta viae est: hic est geniale lupanar, 10
Qui sua signa suo spirat odore locus.
Hunc in eas, ex me lenasque lupasque saluta,
A quibus in molli suscipiere sinu:
Occurret tibi flava Helene dulcisque Mathildis,
Docta agitare suas illa vel illa nates;
Te viset Iannecta, sua comitata catella 15
(Blanda canis dominae est, est hera blanda viris);
Mox veniet nudis ac pictis Clodia mammis,
Clodia, blanditiis grata puella suis;

Galla tuo peni vel cunno (nam tibi uterque est)
 Iniiciet nullo tacta rubore manus, 20
 Annaque theutonico tibi se dabit obvia cantu
 (Dum canit Anna recens afflat ab ore merum);
 Te quoque conveniet crissatrix maxima Pitho,
 Quicum deliciae fornicis, Ursa, venit,
 Teque salutatum transmittet Thaida vicus 25
 Proximus, occiso de bove nomen habens.
 Denique tam celebri scortorum quicquid in urbe est
 Te petet, adventu laeta caterva tuo.
 Hic obscena loqui simul et patrare licebit,
 Nec tinget voltus ulla repulsa tuos
 Hic (quod et ipse potes, quod et ipse diutius optas)
 Quantum vis futues et futuere, liber!

Al libretto, perché si presenti al bordello di Firenze

Se non tieni in alcun conto i moniti del tuo padrone, va, fuggi: ma dirigiti alle mura di Firenze, piccolo libro. Vi è un luogo festoso, in mezzo alla città, dove tu puoi dirigerti, e perché tu possa riconoscere questo luogo, ti darò delle indicazioni: chiedi degli alti edifici di Santa Reparata oppure domanda della splendida chiesa di Cristo Agnigero. Una volta che sarai qui, tieni la destra e avanzato un po' fermati e chiedi, stanco libretto, della piazza. Qui sarai quasi alla meta del tuo cammino: qui è il celebre bordello, luogo che spira come suo segnale di un suo tipico profumo. Giungi qui e saluta per me mezzane e prostitute, dalle quali sarai accolto nel morbido seno. Ti verrà incontro la bionda Elena e la dolce Matilde, l'una e l'altra brava nell'agitare i fianchi. Ti vorrà vedere Giannetta, accompagnata dalla sua cagnolina (dolce è la cagna con la padrona, dolce la padrona con gli uomini); poi ti verrà incontro con i suoi seni nudi e tatuati Clodia, Clodia ragazza dolce per le sue seduzioni; Galla porrà le mani, senza esser toccata da pudore alcuno, sul tuo pene o sul tuo conno (dal momento che tu hai entrambi), e Anna ti verrà incontro con una canzone in tedesco (mentre canta Anna emana dalla bocca un puzzo di vino da poco bevuto): ti si farà incontro anche la massaggiatrice, la grandissima Pito, e con lei/lui si accompagna la delizia del postribolo, Ursa, e il vicolo vicino, che prende il nome dal bue ucciso, a salutarti manderà Taide. Infine, qualunque tipo di prostituta vi sia nell'illustre città ti cercherà, una folla tutta lieta per il tuo arrivo. Qui potrai dire e chiedere ogni tipo di oscenità, né alcun rifiuto farà arrossire il tuo volto. Qui (se puoi e quanto più desideri) potrai, secondo che t'aggrada, fottere ed essere fottuto, libro!

(Traduzione tratta da <https://www.docenti.unina.it> > materiale-didattico)

Il pubblico femminile

Panorm. Herm. II.2

2. ad puellas castas

Vos iterum moneo: castae nolite puellae
 Discere lascivos ore canente modos.
 Nil mihi vobiscum est: vates celebrate severos.
 Me Thais medio fornice blanda legat.

La forma breve dell'epigramma scommatico: il 'ciclo di Lupio' (Herm. II, 15-16; cfr. anche 19)

15. in Mathiam Lupium claudum

Lupius, absposcis me rara epigrammata Marci.
 Concedam: rectis passibus ipse veni!

16. in eundem grammaticum

Tris habet archana Mathias Lupius aula
 Discipulos: unus de tribus est famulus.

Edizione dell'*Hermaphroditus* a cura di N. Gandini per i tipi Einaudi.

Giovanni Pontano: l'epigramma erotico, ma non osceno

Pont. *Pruritus* (1448 ca.): carme incipitario e conclusivo

Lectorem adloquitur

Pruritus feret hic novus libellus
Ad rubri luteum dei sacellum,
Qui semper puerisque furibusque
Minatur gladioque mentulaque.
At tu, si sapias, cave, libelle. 5

***Leonti Tomacello sodali suo* (secondo altri dedicato a Tito Vespasiano Strozzi, allora studente a Ferrara)**

Leon, delitium tui poetae, Facunde Tite, corculum Guarini,
Nostrum dum legis arrige ad libellum,
Cuius nequitiae procaxque lusus
Possunt herniolam senis voracis
Samarrae patris irrumationum, 5 Aurispae patris irrumationum
Vel siquid mage languidum, incitare.
Quem legit quotiens malus poeta
Non hircos timet irrumare capros,
Et calcaribus arrigit malignis
Telas diffutuitque aranearum. 10
Quod si non potes a severitate
Mentem flectere paululum maligna,
Semper te Venus oderit nec ulla
Optet foemina te tuumve penem.

Pont. *Parthenopeus* (1458 ca.) 1,1,1-15 (a Lorenzo Bonincontri, 1410-1491)

I munus lepido meo sodali
Non dura nimium, libelle, fronte,
Sed qualem tenerae volunt puellae
Inter blanditias iocosque molles
Caris coniugibus suis inesse. 5
Legem versiculis dedere nostris
Aetas et male sobrius magister,
Ut tantum teneras ament puellas,
Ut sint virginibus nihil molesti,
Ut molles, lepidi, leves, iocosi; 10
Quos uxor canat in sinu mariti,
Quos coniunx legat in sinu puellae,
Quos discant pueri, senes et ipsi,
Siqui sunt pueris ineptiores
Et castos fugiunt timentque versus. 15

Pont. *Parthen.* 1,11

11. ad Fanniam

Amabo, mea cara Fanniella,
Ocellus Veneris decusque Amoris,

Iube, isthaec tibi basiem labella
Succiplena, tenella, mollicella;
Amabo, mea vita suaviumque, 5
Face istam mihi gratiam petenti.
Ah, quid lenta tuum times maritum?
Ne time, leviter suaviabor.

Apes ut tenero studens liquori
Libat summa thymi, aut crocon rubentem, 10
Summa vix tibi suxerim labella,
Isthaec dico labella mollicella,
Quae me tam facient cito beatum,
Quam fiam cito, si neges, misellus.

(cfr. Catull. 32 Amabo, mea dulcis Ipsitilla, / Meae deliciae, mei lepores, / Iube ad te ueniam meridiatum. / Et si iusseris, illud adiuuato, / Ne quis liminis obseret tabellam, / Neu tibi lubeat foras abire; / Sed domi maneat paresque nobis / Nouem continuas fututiones. / Verum, si quid ages, statim iubeto: / Nam pransus iaceo et satur supinus / Pertundo tunicamque palliumque).

Lessing e la rinascita dell'epigramma marzialiano

Erwartung ed Aufschluss

Erwartung senza Aufschluss

Epigr. Bob. 28

Thesauro inuento qui limina mortis inibat,
Liquit ouans laqueum, quo periturus erat.
At qui, quod terrae abdiderat, non repperit aurum,
Quem laqueum inuenit, nexuit ac periit.

AP 9, 44

Χρυσὸν ἀνήρ εὐρῶν ἔλιπε βρόχον· αὐτὰρ ὁ χρυσόν,
ὄν λίπεν, οὐχ εὐρῶν ἦψεν, ὄν εὔρε, βρόχον.
Un uomo che trovò l'oro abbandonò il laccio; chi non trovò
l'oro che aveva lasciato legò il laccio che aveva trovato.
Cfr. anche *AP* 9,45.

Ewald von Kleist (1715-1759); *Sämtliche Werke* 1761.

Als Pätus auf Befehl des Kaisers sterben sollte,
Und ungern einen Tod sich selber wählen wollte:
Durchstach sich Arria. Mit heiterem Gesicht
Gab sie den Dolch dem Mann, und sprach:
Es schmerzet nicht⁵⁵.

Quando Peto, per ordine dell'imperatore, doveva morire,
ed era esitante nel darsi la morte da se stesso,
Arria si pugnò. Con volto sereno,
diede il coltello al marito e disse:
"Non fa male".

Mart. I 14

Casta suo gladium cum traderet Arria Paeto,
Quem de uisceribus strinxerat ipsa suis,
"Si qua fides, uulnus quod feci non dolet", inquit,
"Sed tu quod facies, hoc mihi, Paete, dolet".

L'epigramma 'incompleto', con *Erwartung* integrata dal titolo Girolamo Amalteo (1507-1574)

Lumine Acon dextro, capta est Leonilla sinistro,
Et potis est forma vincere uterque deos.
Blande puer, lumen, quod habes, concede puellae:
Sic tu caecus Amor, sic erit illa Venus⁷³.

Ewald von Kleist

An zwei sehr schöne aber einäugige Geschwister

Du mußt, o kleiner Lykon, dein Aug' Agathen leihn,
Blind wirst du dann Kupido, die Schwester Venus sein⁷¹

A due fratelli molto belli, ma monocoli

O piccolo Licone, tu devi prestare il tuo occhio ad Agathe:
allora tu saresti un Amore cieco, la sorella sarebbe Venere.

Appendice.

Monumento ed epigramma: Erwartung, Aufschluss e ,gioco ad integrare' (Ergänzungsspiel).

Gli epigrammi sepolcrali di Callimaco

Call. AP 7,415 = 35 Pf.

Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδας εὖ μὲν ἀοιδὴν
εἰδότος, εὖ δ' οἴνω καίρια συγγελάσαι.

Porti i tuoi passi presso la tomba del Battiade, che era
abile nel canto, abile nel suscitare il riso a tempo debito, nel vino.

Call. AP 7,525 = 21 Pf.

Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με
ἴσθι Κυρηναίου παῖδά τε καὶ γενέτην.

εἰδείης δ' ἄμφω κεν· ὁ μὲν κοτε πατρίδος ὄπλων
ἦρξεν, ὁ δ' ἦεισεν κρέσσονα βασκανίης.

Tu che porti i tuoi passi presso questa tomba, sappi che
che sono figlio e padre di un Callimaco di Cirene.

Conoscerai certo entrambi: l'uno fu al comando
dell'esercito della sua patria, l'altro cantò carmi più forti dell'invidia.